

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque  
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

XXXII. Expenduntur excommunicationes non reseruatæ contentæ in  
quinque libris Decretalium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

confectum ex frumento interdicto: cum autem frumentum interdictum non sit, dum in statu Ecclesiastico permanet, sed dum ex statu Ecclesiastico ad non Ecclesiasticum defertur, efficitur panem confectum ex frumento in statu Ecclesiastico permanente non prohiberi. Ad secundum, admitto deservire non posse vniuersi communi frumentum nisi in panem coctum redactum, prohiberique translationem frumenti, ne ex frumento translato panis conficiatur, at inde non inferni quod ex frumento non translato panis confici non possit, & transferri. Ad tertium nego non satis impeditam esse annonam caritatem prohibita frumenti extractione, tamen extractio panis cocti permisa sit ob rationem in conclusione allatum, quod difficile est in magna quantitate panem coctum extrahere.

Gravior difficultas est, An sub nomine olei olea ex quibus ipsum conficitur continetur? Affirmant aliqui, quia cum olea materia olei sunt, illis extractus olicum extrahiri censeretur. Alij distinctione videntur, si olea extrahantur ad conficiendum oleum afferunt prohibitam esse eorum extractionem, secus si ad comedendum extrahantur. Alij dicunt, si olea maturae sint, & apta ad conficiendum oleum prohibiti eorum extractionem, secus si acerba sint. Ego vero existimo probabilius sub hac censura non comprehendendi oleum extractionem sue maturae sint, sive acerba, sive ad comedendum, sive ad faciendum oleum extrahantur. Duxo, quia olea ab oleo specie differunt. Ego prohibita olei extractione non est censenda prohibita olearum extractione, quia constitutio penalis ultra proprietatem verborum extendenda non est. Praeterquam quod in olearum extractione non procedit eadem ratio, ac in extractione olei. Quippe olea difficiliter in magna quantitate extrahi possunt, & frequenter ad comedendum extrahuntur, raroque ad conficiendum oleum.

## P N C T V M XXXI.

Expenduntur excommunications si quae sunt non reseruatae, contentae in Decretis à Gratiano collectis.

- 1 Refertur excommunicatione aduersus presumentes contrarie preceptis Romana Ecclesie.
- 2 Item aduersus usurpantes oblationes intra Ecclesiam factas.
- 3 Item aduersus administratores secularium dignitarum, si moniti ab Episcopo non obedierint.

1 Prima contineatur in capitulo Nelli fas est. 19. distinct. Vbi Gregor. IV. excommunicationem promulgat aduersus eos qui Apostolicis decreta, & Romana Ecclesie praecptis contrarie praeiungunt. Verum in hoc Decreto non fertur excommunicatione ipso iure, sed ferenda decernitur, vt constat ex illis verbis: *mutoris excommunicationis deiectione est abieciendum.* Aucto tradidit Tolet. lib. 1. cap. 37. num. 1. Suar. disputat. 2. sect. 2. num. 3. &c.

Secunda adduci potest ex capite hanc consuetudinem. 10. quae. 1. vbi Damalus Papa anathematis vinculo pronunciat colligatum & condemnatum laicis qui oblationes intra Ecclesia factas ab Ecclesia usurpare, sive detinere praeiungit. Notanda sunt actiones requisita ad hanc excommunicationem incurram: requirunt namque ut usurpans laicos sit, vt constat ex illis verbis: *sab domino laicorum.* Et licet Glossa in propositione casus innuit debere esse ciuem Romanum in civitate Romana obligationes auferentem; verius est hoc requirimus non esse, cum Pontifex generaliter de usurpatione oblationes ex Ecclesie loquatur, neque vnum verbum in toto illo Decreto continetur, ex quo dispositio restringi possit ad solam civitatem Romanam, vt bene notauit Bonacina titul. 3. de censur. disputat. 2. quae. 2. punct. 1. numero 3. Usurpatio autem debet esse ex oblationibus in Ecclesia factis, & in Ecclesiis consistentibus, nam si extra Ecclesiam positae sint non est locus huic excommunicationi, vt manifeste illa verba: *de extero oblationes de fario Ecclesie auferre molitus fuerit.*

Solum est difficultas, An haec excommunicatione ipso iure ferenda sit, an si ferenda? Graffii lib. 4. decr. capite 24. numero 10. Memoriale Clericorum. capite 8. excommunicat. 14. Barbosa de p. Episcop. allegat. 50. numero 170. Bonacina alius relatis dicta disputat. 2. quae. 2. punct. 1. numero 2. existimat latam esse ipso iure, quia ferunt sub verbis temporis presentis, ibi: *anathematis vinculo sit colligatus.* & condemnatus. Sed probabilius existimo vel usu receptam non esse, vel esse ferendam: sicut dicit Filiius tractat. 14. capite 3. quae. 4. numero 48. Et consentaneum Tolet. & Suarez locis allegatis, assertentes nullam excommunicationem ipso iure latam in Decretis contineri, præterea quia ob percussionem Clericorum incurritur. Duxo, quia illa excommunicationis pronun-

ciatione sub verbis presentis subiunctum ex se indifferentem est ad sententiam latam, & ferendam. Quippe præstat potest hunc sensum; anathematis vinculo sit colligatus, & condemnatus; hoc est ligetur, & condemnetur. Quocunque autem verba legis penalis indifferentia sunt, & penam ipso iure latam excusat possunt in eo sensu accipi debent, quia odia restinguunt, & fauores conuenient am-

pian. Tertia excommunicatione refertur ex capit. administracione 23. quae. 5. vbi loabnes V. I. administrators secularium dignitatibus, si ter sint moniti ab Episcopo, seu Ecclesiasticis viris (iurisdictione scilicet habentibus) non obedientes omnia communione priuat. Hanc excommunicationem ells ipso iure latam innuit Glossa ibi, verbo priuato. Et tradit Barbara dicta alleg. 50. numero 170. Sayrus lib. 3. thesauri capite 34. num. 1. Verum Tolet. lib. 1. cap. 37. num. 1. Suarez disputat. 2. 3. sect. 2. num. 8. censent hanc excommunicationem non esse in usu, quia non est satis perspicuum communione priuatione excommunicationem intelligi. Illud etiam ad illam incursum trinam monitionem distingam requiri.

## P N C T V M XXXII.

Expenduntur excommunications non reseruatae contentae in quinque libris  
Decretalium.

- 1 Prima contineatur aduersus eos qui in discipulis diversarum linguarum contraformam ibi prescriptam, se ingenui, ignorantes.
- 2 Item aduersus Magistros, & Scholarum Academia Bononiensis, qui ante tempus fratrum alii hospitium conducere presumunt.
- 3 Item aduersus Sacerdotem officium Vicariorum, aut Prelati secularis exercentem.
- 4 Item aduersus religiosos qui a suis clausis excent ad audiendas leges, & physicam.
- 5 Item aduersus Sacerdotes, aliaque personas leges, vel physicam addicentes duorum mensum spatio.
- 6 Item aduersus fauentes, & exequentes ordinaciones factas, & quibusdam hereticis.

Prima contineatur in capitulo quoniam, de officio Ordinarii, 1 vbi Innocent. III. præcipit, vt in diecibus, & ciuitatibus, vbi primi sunt populi diversarum linguarum habentes sub una fide varios ritus, & mores a Pontifice illorum diecsum, & ciuitatum designantur viri idonei qui secundum diversitatem rituum, & linguarum divina illis officia celebrent, & sacramenta ministrent. Prohibetur omnino ne una, eademque ciuitas, seu diecibus diversi Pontifices habeant tanquam unum corpus diversa capita quasi mortuorum. Sed si proper predicas causas vires necessarias postulauerint Pontifices loci Catholicum. Prelatum nationibus illis conformem prouida deliberatione constitutus habi vicarium in predictis, qui ei per omnia sit obediens, & subiectus. Pode si quis alter se ingessit (inquit Pontifex) excommunicationis senauerit mucrone percuti. Et si nec se respicit omnini ministerio Ecclesiastico deponendum, adiubio (si necesse fuerit) brachio seculari ad tantam infolentiam reprimandam.

Hanc excommunicationem latam esse ipso iure nemini dubium esse potest, cum lex non exigit sententiam iudicis, sed ipsam sententiam ferat. Ut aduerterit Glossa dicto capitulo quoniam, verbo percuti. Sed an aduersus solos Episcopos feratur dubium est. Nam Nauart. capite 27. numero 114. Memoriale Clericorum capite 1. excommunicat. 10. Barbosa allegat. 50. numero 170. & alii existimant solos Episcopos comprehendere, quod non leuitate indicant illa verba. Prohibemus, ne una & eadem ciuitatis, sine diversitate diversos Pontifices habeant, sed si proper predicas causas regens necessarias postulauerint, Pontifices loci Catholicum Prelatum nationibus illis conformem prouida deliberatione constitutus. Quibus dictis subiungit Pontifex: si quis alter se ingessit, id est Prelatus officium. Ergo solis Episcopis, non autem aliis Clericis inferioribus hac excommunicatione inniguntur. Sed verius censco non solum aduersus Episcopos, sed etiam aduersus quocunque Clericos prælatum. Officium usurpatum hanc ferri excommunicationem. Sicut docuit Bonacina disputat. 2. quae. 4. p. 4. in fine. Filiius tractat. 14. cap. 9. 10. Moreor, quia Innocent. III. initio cap. distincte præcipit, vt Pontifices ciuitatum, vel diecibus, in quibus populi diversarum linguarum, rituum, & morum sub eadem fide permitti sunt, prouideant viros idoneos, qui predicas diuina officia celebrent, & Sacraenta ministrent. Non enim dixit Episcopos, sed viros idoneos, qui tales esse possunt tamquam Episcopi non sint, cum ad Diuina celebranda, & Sacraenta mini-

### Disputatio III.

#### Punct. XXXII.

115

ministranda character Sacerdotalis sufficiat. Ergo clausula illa in fine capituli polita: Si quis alter se ingesserit cum ad omnia in eo contenta referatur, efficit sanes non solum aduersus eos qui se in Praesules ingerunt in diuinorum officiorum celebatione, & sacramentorum administratione, centuram latam esse.

Secunda habetur in cap. ex rescripto de locato, & conducto, vbi Clemente III. innovat, & confirmit excommunicacionem latam a duabus suis legatis, aduersus Magistros, & Scholares academie Bononiae, qui ante tempus condicione finium, & absque consensu iniquilini aliorum Magistrorum, seu Scholarii officium conducere audent in laetitia, vel praejudicium habitantum. Hæc excommunicatio non extenditur ad alios Magistros, & Scholares aliarum universitatium à Bononia, quia expressè Textus loquitur de Magistris, & Scholariis Academie Bononiensis. Et licet in dicta Academia plures sin gaudentes Scholarii privilegio, non tamquam sub hac censura comprehendantur, nisi Magistri, & Scholares propriæ fuesint, & non ex priuilegio. Venerius defendit Glofia in dicto, ex rescripto, verbo Scholarii Bonac. disp. 2. q. 4. p. 37. num. 1.

Tertia continetur in capite Clericis. Ne Clerici, vel Monachis, vbi Alexand. sub intimatione anathematis prohibitet, ne quis Sacerdos officium habeat Viccomitis, aut Prepositi secularis. Quedi quis contra hoc venire presumperit, & communiuersit emendare vellet (inquir Pontifex) excommunicacionem subiaceat. Et quamvis Sylvestris verbo excommunicat, q. num. 28. & alij relati a Suar. disp. 23. sec. 3. num. 23. existimat hanc centuram non esse ipso iure latam, longe verius est oppositum, vt docuit Glofia in presenti, verbo excommunicationis subiaceat. Caiet. verbo excommunicationis, cap. 76. Naur. cap. 27. num. 117. Suar. disp. 23. sec. 3. num. 22. Suyrus lib. 3. capite 32. num. 6. Filiucius tract. 14. capite 7. quæstio. 4. num. 106. Bonacina disp. 2. quæst. 4. p. 5. n. 7. Quia verbum illud excommunicationis subiaceat quod imperiatum est, indicat lege ipsa abisque ministerio iudicis delinquentem excommunicationis supponi.

Sed an afficiat omnes Clericos in sacris constitutis; non est constans Doctorum sententia. Nam Panormitan. dicto capleris. num. 3. Angel. verbo excommunicationis 7. cap. 18. Sylvestris eodem 9. num. 28. Tabiena 3. cap. 2. 4. affirmatiam patrem tenuit, dulci argum. cap. 2. de cohabitatis Clericorum. & mulier. vbi nomine Sacerdotis Diaconus, & Subdiaconus intelliguntur. Et licet hæc constitutio penalis sit, & ideo ex ea parte restringenda, quia tamen cedit in decorum status Ecclesiastici, non debet verbum illud Sacerdotis strictè summi. Augm. corum que nota Glofia in cap. sciant cuncti, verbo suo, de doct. lib. 6. Sed rectius Caietan. verbo excommunicationis cap. 76. Henr. lib. 14. de irregulari, cap. 5. num. 5. in mortu. litt. Q. Suyrus lib. 4. thsauri. cap. 32. numero 6. Suar. sec. 3. num. 21. Filiucius tract. 14. cap. 7. quæst. 4. num. 106. Bonac. disp. 2. quæst. 4. p. 3. num. 8. centent folos Sacerdotes Presbyteros comprehendit. Quod non leviter colligitor ex ipso Textu, quoadquidem Pontifex duo ibi statuit, alterum contra omnes Clericos in sacris constitutis, videlicet iudicium sanguinis agitent, alterum aduersus folos Sacerdotes, ac officium Viccomitis, aut Prepositi secularis habent. Neque obiectum Textus in cap. 2. de cohabitatis Clericorum. & mulier. Vbi sub nomine Sacerdotum omnes existentes in sacris intelliguntur, quia Pontifex id expressi ibi. Si quispiam Sacerdotum, id est Prelatus, Diaconus vel Subdiaconus. Sicut etiam expressi Stephanus Papa, in c. 1. q. 5. vbi quem in principio capituli Diaconum appellavit, in fine Sacerdotem non cap. At cum in presenti Alexand. III. nomen Sacerdotis non extendit ad omnes existentes in sacris, quia potius coquatum indicauerit ex diverso modo loquendi quo in primo capitulo, & in secundo vñs fuit, efficitur folos Presbyteros qui in communis vñ Sacerdotem noncupantur, comprehendi. His igitur Sacerdotes tametsi officium Viccomitis, & Prepositi secularis fulciant, non ligantur praedicta excommunicatione, quoque moniti sunt, & post monitionem non se emendarient, quia sic cauerit in Textu. Quod si roges quæ causa est ob quam hæc excommunicationis aduersus Sacerdotes lata sit? Respondeo esse ob decorum, & reverentiam dignitatis Sacerdotalis: dedecet enim Sacerdotes qui Regibus Superioribus existant eis esse subiectos, & inservi: at eo ipso quo nomine alterius laicalem iurisdictionem exercent ei inserviant, illique subiectiuntur. Non igitur decet eorum statum ea mutata suscipere.

Hinc infertus graue peccatum esse, si Sacerdotes, & à fortiori Episcopi abisque licencia Pontificis manus Viceregis, Viccomitis, Gubernatoris, Præsidentis provincie, vel Cancellerie suscipiant. Tum quia eorum statum dedecet. Tum præcipue, quia sub intermissione anathematis interdictus in dicto Clericis: & notauit Panorm. ibi n. 10. Bernard. Diaz præf. canon. c. 56. Naur. c. 27. n. 117. Suyrus lib. 3. c. 32. Bonac. t. 3. de censur. disput. 2. q. 4. p. 5. n. 3. n. 6. Neque his obstat Sacerdotes Episcopos sœpe in Hispania Proregeres, & præsides regij

centuris constitui, quia credendum est ex expresso, seu tacito consensu Pontificis hieri: vt aduentus Henr. lib. 14. cap. 5. numero 5. in comment. litt. Q. Suyrus, Bonac. loc. cit. Ilud tanquam certum communis sententia supponit, sacerdotes Episcopos Principum secularium consularios esse posse, in iis que ad regni regimen pertinent, modò non consulante in causa sanguinis, sicut notauit Suyrus, & Bonacina locis relat. 4

Quarta continetur in cap. non magnopere, cap. super specula. Ne Clerici, vel Monachi, vbi Honorius III. & Alexander. III. excommunicant Religiosos, qui è suis claustris exirent ad audiendas Leges & Physicam, hoc est medicinam, & intra duos menses ad claustrum non redierint.

Ad incurram hanc censuram opus est Religiosum à suo Monasterio egredi intentione audiendi prædictas scientias, & insuper quod intra duorum mensium spatium non reverteratur, vt docent omnes Doctores inferioris referendi. Primo namque requiritur egressus eajus intentione. Vnde si alia intentione fuerit factus, hinc censura non est locus, quia defecit egressus ea qualitas, quam Pontifex ad imponendam censuram requirit. Vt docet Suyrus lib. 3. cap. 3. num. 3. Suar. disp. 2. 3. sec. 3. num. 1. Tolet. lib. 1. c. 3. num. 9. Sanctarellus tract. apof. 1. cap. 2. num. 16. Bonac. t. 3. de censur. disput. 2. quæst. 8. punct. 7. num. 4. Quod adē verum est, vt etiam prædictas scientias ultra duorum mensium spatium audierit, hanc effugiat excommunicationem, si eas non audiat animo addicendi, sed amicum sua presentia honorandi. Vt docent Suyrus, Tolet, Suar, Bonacina, & alij locis citatis. Verum si Religiosus qui à principio non fuit à Monasterio egressus animo audiendi prædictas scientias, postmodum voluntatem mutauerit, & illarum auditioni incubuerit ultra spatium duorum mensium, tametsi Bonac. numero 5. inuenit non offici hac censura, probabilius oppositum credo cum Panormi. in dicto cap. non magnopere. Suar. sec. 1. num. 15. Suyrus cap. 3. num. 3. Filiucius tract. 14. cap. 3. quæst. 2. num. 1. 27. eo quod prædictus Religiosus a puncto, quo voluntatem habet permanendi extra Monasterium, vt dictas scientias audiatur, censetur è Monasterio egressus ad illarum scientiarum auditioem, & consequenter comprenens sub dispositione huius legis.

Secundum requiritur, ne post egressum intra duorum mensium spatium ad Monasterium redeat. Quod spatium compandandum est à die egressus, vt aperte colligatur ex verbis Textus ibi: Exeunt ad audiendas Leges, vel Physicam, nisi infra duorum mensium spatium claustrum redierint: & notauit Panormi. in dicto cap. super specula. num. 8. Suyrus lib. 3. c. 3. num. 4. Suar. disp. 2. 3. sec. 1. num. 16. Filiucius tract. 14. c. 8. q. 2. num. 12. 9. Bonacina aliis relat. t. 3. de censur. disp. 2. quæst. 8. p. 7. num. 11.

Difficultas graue est, An huic censura subiicitur Religiosus è suo Monasterio egressus animo audiendi prædictas scientias, eas tamen non audiens ob impedimentum sibi appossum, aut mutationem prioris voluntatis, si ad monasterium intra duorum mensium spatium non redierit. Negat subiici S. Antonius. referens Ioan. And. & alios 3. p. 24. cap. 5. 2. Caiet. verbo excommunicationis. & indicat Filiucius tr. 14. c. 8. q. 4. n. 12. 7. Quia non prohibetur exitus propter se, sed propter harum scientiarum auditioem. Ego feclusâ auditione egressus sub hac censura non est prohibitus. Nihilominus communis sententia, & vera defendit noua excusari Religiosum à prædicta censura eo animo exentem, & omitentem audire ob impedimentum sibi appossum. Vt docuerunt alii relatis Suar. disp. 2. 3. sec. 3. num. 14. Sanctarell. de apof. 1. cap. 2. num. 17. Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. quæst. 8. p. 2. num. 7. num. 6. Quia esto egressus prohibetur Religioso, ne extra claustrum vagetur occasione prædictas scientias audiendi: at quod de facto prohibetur, est egressus eo animo factus ab illo reditu ad monasterium: alias si auditio harum scientiarum necessaria esset ad hanc censuram incurram, non ab egressu, sed ab auditione posteo egressu tempus duorum mensium computandum foret, contra superioris dicta, & communem sententiam.

Venimus post egressum intra duorum mensium spatium audire Leges, vel Physicam omisisti, ob mutationem voluntatis antea habita, probabilius existimò te ab hac censura excusat, quia possit è voluntatis mutatione non es censendus è Monasterio egressus animo audiendi prædictas scientias, cum iam prior voluntas hac revocatione cellet. Sicut docuit Suar. dicta sec. 3. numer. 14. Sanctarell. de apof. 1. cap. 2. numero 17. Suyrus lib. 3. cap. 3. numero 4. Tolet. lib. 1. cap. 37. num. 9. & alij aduersus Bonac. tom. 3. de censur. disput. 2. q. 8. p. 7. num. 7.

Sœpe dixi Religiosum excuntem ad audiendas Leges, vel Physicam nec reverentiam intra duorum mensium spatium hac excommunicatione comprehendit, vt ratiè insinuarem exire ad docendas has scientias non esse locum huic excommunicationi, quia Honorius III. in cap. super specula. Ne

K. 4 Cls

*Clerici, vel Monachi*, referens Alexandrii constitutionem, & illam explicans de auditione locutus est. Ut constat ex illis verbis: *Contra Religiones personas de classis exercentes ad audiendas Leges, vel Physicam Alexander predecessor noster statuit in Concilio Tironem, ut nisi infra duorum mensium spatum ad claustrum redirent, sicuti excommunicati ab omnibus ententur. Neque his obstat quod Alexander III. in sua Constitutione relata in cap. non magnopere, eodem iiii. lectionis mentionem fecerit dicens: Statuimus, et nulli omnino post votum Religionis, & post factam in aliquo loco religioso professionem ad physicam, legemque mundanas legendas permittantur exire, quia verbum illud legit, esto vulgari vobis idem significet frequenter quam docere. At expere pro studiis accipitur, sicuti in praesenti acceptum est explesia decisione Honori III. Atque ita tradit Navar. cap. 27. num. 1-7. Tol. lib. 1. cap. 37. num. 9. Suar. disp. 23. sect. 3. num. 17. Fillicius tract. 14. cap. 8. q. 2. in fine. num. 129. Sanctarelli. tract. de apostolica cap. 2. num. 8. Bonac. 3. de censur. disp. 2. quest. 8. pun. 7. num. 8. aduersus S. Antoniu. Archidiac. Holtien. Sylvest. alios relativos a Suar. num. 17.*

*Quinta continetur in eodem capitulo. Ne Clerici, vel Monachi*, vbi Honorius III. presulam excommunicationem aduersus Religious latam extendit ad Sacerdotes, Arch. d. accon., Decanos, Prelatos, Propositos, Cantores, & alios Ecclesiasticos personarum habentes, qui duorum mensium spatii leges, vel physicam addicunt,

Circa quam excommunicationem duplex occurrit difficultas. Prima an sub hac censura computendatur auditio harum scientiarum privata, via si domi preceptorem habentes a quo has facultates dicentes? Affirmant ex communione sententia Navarr. c. 27. num. 1-7. Suar. disp. 23. sect. 3. num. 19. Fillicius tract. 14. q. 6. q. 3. num. 103. & probat porci, quia finis huius prohibitorum est, ne studio harum facultatum studium theologiae, quod fidei Catholicæ tenet, maxime necessarium est, dominicis periantria hunc non minus obstat studium priuationi, & publicum domi habitum, quam habitum in scholis. Ergo utrumque studium sub dicta prohibitione continetur. Et confirmo. Honorius III. prohibit prædictis Clericis audie Leges, vel Physicam, neque prohibitionem extinxit ad publicam auditionem. Ergo non est restituta, maxime cum Bonifacius VIII. referens Honorij Constitutionem in e. 1. *Ne Clerici, vel Monachi* in 6. generaliter dixerit ad Honorio interdictum esse Clericis audire leges, vel physicam, nulamque restringit nec apposuerit.

Sed contrarium verius centeo cum Calderino conf. 2. p. 7. de M. q. 5. Ancharriano in dicto super specula. num. 4. Toledo lib. 1. c. 37. num. 5. Bonac. 1. 3. de censur. disp. 2. a. 4. punt. 6. num. 5. quia Honorius III. in dicto super specula, excommunicationem antecedenter latam aduersus religious extendit Sacerdotes, & alios Clericos perlaotum habentes. At excommunicationem latam aduersus Religious non comprehendit Religiosos his scientias priuationi in suo monasterio vacantes. Ergo nec comprehendere debet Clericos qui simili modo eas scientias adscirent. Ad fundatum oppositorum sententiam respondeo, ex eo quod studium priuatione ex parte obliterata Pontifice intento, ac studium publicum, non obinde inferitur excommunicatione puniri, si de facto sub prohibitione contentum non est: sicut non puniri excommunicatione studium, quod quis absque preceptorate assumeret. Præterquam quod falsum est studium priuatione atque obliterata huius legis dispositio, ut ac studium publicum, & in scholis habitum, quia fluctuum priuatione raram est, & difficultus, id estque Pontifex de illo non curavit. Addo non esse improbatum quod alii relatis docuit. Tol. lib. 1. cap. 37. num. 5. excusabili hac censura Clericum iis scientiis vacantem non propter ipsas, sed ut ipsarum adiutorio perfectiorum Canonum, & Theologiae nosciam sumeret, quia ceteris finis prohibitionis, tamet in loco externe violator constitutionis presumendum est.

Secunda difficultas est de Sacerdotibus, alisque Ecclesiasticis personis perlaotum habentibus, qui has scientias docerent, an inquam hi sub hac constitutione comprehendantur? Et breuiter respondeo cum communione sententia non comprehendendi, quia textus in dicto cap. super specula, non de docentibus, sed de audiencibus tantum locutus est, & per nos ultra proprietatem verborum extendenda non sunt. Vt aduersus Navarr. c. 27. n. 1-7. Sayr. lib. 1. c. 32. n. 2. Suar. disp. 23. sect. 3. n. 20. Fillicius tract. 14. c. 7. q. 3. n. 10. 4. Bonac. disp. 2. q. 4. punt. 6. num. 6. Quod si huius lectioni Sacerdotes, vel personarum habentes assistentes, illamque audiunt, non obinde à lectione obligerant abstinere, quia post Extrahag. ad vitanda scandala nullus tenetur excommunicatum vitare, nisi fuerit denunciatus. Quod si denunciari fuerint, debent lectors, si commode possint eos à sua lectione pellette, ratiō tamen abstinere tenentur, ne horum malitia alii innocentibus praediti, vt docuerunt Sanch. lib. 6. in decalog. cap. 8. num. 99. Fillicius, tract. 1. 4. cap. 7. quest. 3. num. 10. 4. Suar. disp. 23. sect. 3. num. 20.

*Sexta continetur in cap. quod à predecessorre nostro de schis-*

*maticis, vbi Alexand. III. in Concilio Lateran. statuit, ut ordinaciones factæ ab Octavianis, & Guidone bærcalis, & ab ordinatis ab eis iurata sunt, id est ab executione suspenses, ut ibi explicata Glossa verbo irrica. Et qui digniter Ecclesiasticas, seu beneficia per dictos Schismaticsos accepérunt, careas imperatis, dummodo quoniam schismatics non fuerit occulsum, tunc enim acta Schismaticsos, seu per laicos autoritate inquit Schismaticsos, ut ibi Additio ad Abbatem, & Hostensem interpretatur, facta fuerint de rebus Ecclesiasticis omni caritate firmata. Et ad Ecclesias sine ullo opere revertantur. Et qui autem contrarie presumperier excommunicationem (at Pontifex) se noverint subiaceare.*

*Hæc constitutio est contra Octavianum, & in domo Iouaurat sub nomine illorum, & eorum occasione condit. Pontif. x ius commune & perpetuum. Censuram autem hoc constitutio contraria, & excommunicationis impostu subiaceat, primò qui verbis, vel factis conatur ordinationes à schismaticsos receptas exercere, & in illis ministrare, vel alijs ministrant. Secundò quando non regnabit, sed servetur beneficium, aut dignitatem a schismaticsos ceptam. Tertio quando in causa est, ne alienationes de rebus Ecclesiæ ad ipsos schismaticsos factæ ad Ecclesias sine ullo onere reverterentur. Quocirca pro acceptance prædicta ordinum, beneficiorumque Ecclesiæ à schismaticsos, hæc excommunicatione non contabitur: sed solum ob executionem ordinum, & retentionem beneficiorum, & rerum Ecclesiasticorum. Verum recipiens beneficium, aut res Ecclesiæ à schismaticsos vix possit hanc excommunicationem effugere, nam ipso retinet, & possidet receptione latente pro die tempore, cum ex plena constitutione deberet statim cædere impetratis.*

### PUNCTVM XXXIII.

Expenduntur excommunicationes contentæ in texto libro Decretalium, nemini reservata.

1. Expenditur excommunicatione aduersus mittenes manus, vel scripturam Cardinalibus consuli affinitatis.
2. Item de larvatu excommunicatione aduersus Gubernatores, & alios officiales non obstantes que præscribuntur in cap. vbi periculum, de electione in 6.
3. Item excommunicatione aduersus grauantes electores Ecclesiasticos, pro eo quod eligant, seu sua potestatibus.
4. Item aduersus eos qui Ecclesiæ vacanib[us] tributum Regi debitur, & Ecclesia eorum occupare præmunt.
5. Item aduersus eos qui vocati ad dirigendas Moniales in electionibus suis aliquid agerent, ex quo discordia vici posset.
6. Item aduersus Conservatores, limites sibi traditi potestatis excedentes.
7. Item aduersus eos qui quoniam ab solutionem, vel reservatione alius censura.
8. Item aduersus illos quodammodo, vel fraude faciunt, ut inde personaliter accedat ad dominum mulieris pro petendo eius reformato.
9. Item aduersus laicos compellentes personas Ecclesiasticas ad submittendam bona Ecclesiastica laicos, & contra laicos ratione dicta submissionis aliqua bona usurpantes.
10. Item refutatur excommunicatione aduersus Religiosos pamphletam in communis prosperities, qui aliquem ad suam professionem de nono admittent, vel nouum dominum acquirent, vel acquisita alienarent, & quae Sedis Apostolica licentia.
11. Item refutatur excommunicatione aduersus exigentes, sive extinguentes a Ecclesiasticis personis pedagym, graduatione, vel simile ritibus.
12. Item aduersus impudentes iurisdictionem Ecclesiasticam, vel indices illa viventes.
13. Item aduersus iudices, seu dominos temporales, præcipue subditis suis ne aliquis personas Ecclesiasticis vendat, aut emant ab eisdem. Et.
14. Item expenditur excommunicatione aduersus religiosos habentum suis Religionis temere dimittentes, vel ad finis debitis licentia accedentes, & contra Declaratio quod huiusmodi Religiosos natura d. missi docent.
15. Item aduersus eos qui sceleris præsumunt sepelire bareticos, & coram defensoribus.
16. Item aduersus gubernatores, & dominos temporales, qui de aliquo crimine heretici cognovissent.